

quit.
quam miseret
qui amat.

Non ego deserto iacuissem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies.
Nec mihi querenti spatiosam fallere noctem,
Lassaret uiduas pendula tela manus.
Quando ego non timui grauiora pericula ueris?
Res est solliciti plena timoris amor:
In te fingebam uiolentos Troas ituros,
Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictū,
Antilochus nostri causa timoris erat.
Siue Menætiadem falsis cecidisse sub armis,
Elebam successu posse carere dolos.
Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam.
Tlepolemi leto cura nouata mea est.
Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis,
Frigidus glacie pectus amantis erat.
Sed bene consuluit casto Deus equus amoris:
Versa est in cineres sospite Troia uiro.
Argolici rediere duces, altaria fumant,
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata serunt nymphe pro saluis dona maritis:
Illi uicta suis Troica saba canunt.
Mirantur iustiq; senes, trepidaq; puellæ:
Narrantis coniuu pendet ab ore uiri.
Iamq; aliquis posita monstrat fera prælia mensa,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus.
Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illic Acacides, illic tendebat Vlysses,

Antilochus Nestoris filius non ab Hectore, sed Memnone interfectus, quare uerius legeres Amphimachum ab Hectore occisum, ut scribit Homerus.
Tlepolemus. Herculi filius, Patroclus Menætiæ filius sub Achillis armis ab Hectore occisus.
Hyperbole, curæ fuisse Hymæneo quod optabat.
aliarum fortunam comedando, querelam suam iustitiam efficit, per digressione gesta Troia narrat.
Antiter on.
Simois fluuius Troianus. Sygeus uero promontorium.
Acacides Achilles ab Acæo.

Hic

* Hic alacer missos terruit Hector equos.
Omnia nanque tuo senior te querere misso
Retulerat nato Nestor, at ille mihi.
Rettulit & fere Rhæsumq;, Dolonq; cesos;
Vtq; sit hic somno proditus, ille dolo.
Ausus es ò nimium nimiumq; oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo
Totq; simul mactare uiros adiutus ab uno:
At bene cautus eras, & memor antè mei.
Vsq; metu micuere sinus, dum uictor anticum
Dicitus es Ismarijs isse per agmen equis.
Sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis.
Ilios? & murus quod fuit antè solum?
Si manco qualis Troia durante manebam.
Virq; mihi dempto sine carendus abest:
Diruta sunt alijs, uni mihi Pergama restant,
Incola captiuo que boue uictor arat.
Iam seges est ubi Troia fuit, refecandaq; falce,
Luxuria Phrygio sanguine pinguis humus.
Semisepulta uirum curuis seriuntur aratris
Ossa, ruinosas occulit herba domos.
Victor abes, nec scire mihi quæ causa morandi,
Aut in quo lateas ferreus orbe licet.
Quisquis ad hæc uertit peregrinam litora pupim,
Illæ mihi de te multa rogatus abit.
Quamq; tibi reddat, (si te modo, uiderit usquam)
Traditur huic digitis charta notata mei,
Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua
Mistum: incerta est fama remissa Pylo.

alii, Hic lacæ admittos.

Rhæsus Tracum rex a Diomedæ, & Vlysses occisus.

Ismarijs, Thraciis ab Ismaro monte Ilios Priami regia, ab Ilo, Troi regis, filio.

Phrygia regio, in qua est Troia